119

Sigismundus primus rex Polo:
niæ, Ferdinando duci Austriæ.

Serenissime princeps et domine affinis noster charissime. Habuimus literas ve:stræ serenitatis, quibus gratulatur nobis de nostra electione ad societatem Aurei Velle:nis, quam nos eo alacriori animo susce:pimus, quo nobis nihil magis in votis est, quam ut eam amicitiam et neces:situdinem, quæ mutuo nobis intercedit, con:iunctiorem reddamus. Et proinde magnas habemus et agimus gratias vestræ sere:nitati de hac gratulatione ex ipsa susce:ptione nostra in eandem societatem Aurei Velleris, pro qua conservanda et augenda arctiusque retinenda, quidquid præstare po:terimus, id quam libentissime pro virili nostra faciemus. Commendamus vestræ sere-nitati etc: 1519.